

Pro Conventu Bolgiani. f. M. in orum transfiguratio

# Omnium Angeli Po-

litiani operū (quæ quidem extare nouimus) Tomus prior, in quo sunt.

Epistolarū libri. XII. cum quibusdam additiis, quæ sequenti indicabuntur tabella.

Charmides Platonis a Politiano latinitate donatus, opus imperfectum. Folio. XCVI.

Miscellaneorum Centuria Prima. Folio. XCVIII.

Accessit omnium quæ in toto ope græca sunt, accuratissima Iacobi Tusani interpretatio.

Epistolarum & Miscellaneorum explanationes, cum earum indice.

# Letera eiusdē opera &

opuscula i posteriore indicabunt Tomo seu pticula.

Sūm Iohannis Fuxij Vclt. 1546



# Venūdātur in edib⁹

Ascensionis. Cum gratia & Priuilegio.

(1519)

Wb 168 | 1539

# Lenturia Prima. Fo. CXLVII.

Q<sup>z</sup> posatum nomen Agamemnonis in M. Tullii Diuinationibus: pro Vlyssis est: tum in transcurso locus in epistolis ad Atticum: non inelegans, super miniatula cara, correctus & enarratus.

Cap. LIII. Ciceronis erratula.

**V**lus Gellius in noctibus illis suis: maxime candidis: errorē notat Ciceronis manifestissimum: nō magnae rei: neq<sup>z</sup> errasse eū mirat: sed errorē non esse postea: vel ab ipso animaductum: vla Tirone suo. Nā cū Homerī versus Cicero quospiā verat in latinū: dicere illos Aiacē scribit apud eū poetā: cū reuera dicant ab Hectorē. Facit hēc A. Gellii libertas: vt ne ipē quidē verear referre in his libris paululum quiddā cōpar huic eiusdē Ciceronis: peneq<sup>z</sup> illi superiori germanū: & geminū, nisi forte (qd audius crediderim tanto interuallo) medū fuerit exemplariū. Q<sup>z</sup> quis etiā in antiquissimo quoq<sup>z</sup> libro nō dispariliter scriptū inueniamus: nec sane lubricus ex literarum vicinitate sit in alterutrū nomine lapsus. Verba sunt Ciceronis in libro diuinationū secūdo. Nam illud mirarer si crederē, q<sup>z</sup> apud Homerū Calchantē dixisti ex passū numero belli Troiani annos auguratū: de cuius coniectura: sic apud Homerū: vt nos ociosi vertimus, loquitur Agamemnon. Ferte viri: & duros animo tolerate labores, Auguris vt nostri Calchantis fata queamus Scire: ratos ne habeant: an veros pectoris orsus.

Ac deinceps versus quoq<sup>z</sup> ceteros Homericos: a se cōuersos exponit. Qd igitur hēc Agamēnonē loqui apud Homerū Cicero tradit: si modo ita scriptū Cicero reliquit: hoc neutiq<sup>z</sup> verū pba: cum apud Homerū ipm i secūda Iliados Rhapsodia: nō Agamēnō: sed Vlysses istius sentētia: versus pronūciat. Neq<sup>z</sup> est q<sup>z</sup> quisq<sup>z</sup> aut stomachet: hēc apud Ciceronē quoq<sup>z</sup> deprehendi: aut miret: cū appareat ex ipsius epli: nō nunq<sup>z</sup> huiuscemodi errata memorie fuisse in Ciceronis libris: vel ab Attico vel a Bruto aīaduersa: atq<sup>z</sup> curata. Sicut illud in oratione Ligariana de L. Cursadio: qd erratū fatest esse suū: Sed (vt aiūt) īngt μνημονιὸν ἀμάρτημα. Sicuti qd i oratore arbitror: Eupolin p Aristophane Cicero posuerat. Dein Atticus Aristophanē pro Eupolide reposuit. Itaq<sup>z</sup> etiā vereri se Cicero dicit aliquādo: ne suae syntaxis miniatula illius carula pluribus locis notandē sint. Q<sup>z</sup> autē incidit: vt de miniatula cerula meminerimus: corrigendus obiter: & interpretandus nobis hic in epla ad Atticū libro penultimo locus est: in quo ita scriptum perperā inuenitur. His literis scriptis: me ad syntaxis dedi: quē quidē vereor: ne nimia tua plurib<sup>z</sup> locis notandae sint: ita sum meteoros: & magnis cogitationibus īmpeditus. Ego legendū puto: ne miniatula cara tua pluribus locis notandē sint: vt sit intellectus: ad libros componēdos: id em grāce syntaxis, Ciceronē se dedisse. Sed vereri tamē ne miniatula cara ipsius ad quē scribit Attici: quo sāpe vteref emendatore: pluribus locis notandē sint: qm̄ meteoros: hoc est suspensus animi foret Cicero: & magnis cogitationibus (vt ait) īmpeditus. Consueuerat opinor Atticus: siquī parum absolute locus a Cicerone tractaret: ei loco rubellas ceras affigere: qd nūc quoq<sup>z</sup> solemus. In codice autē: quē fuisse aiūt Francisci Petrarchae primit<sup>z</sup>: certe Collucci Salutati dein fuit: & post hūc Leonardi Aretini: mox & Donati Acciaioli: virorū suae cuiusq<sup>z</sup> artatis eruditissimorū: sic adhuc extat: ne miniatula cerua tua. Q<sup>z</sup> si penultimā dictionis penultimā literā paululum a summo pduxeris: hoc est de i litera l. feceris: omne procul dubio mendū sustuleris. Sed & per uulgatis codicibus sic in extremo rursum volumine epistolarum adhuc earū dem legitur: Cærulas enim tuas miniatulas illas extimescebam: vt iam omnis hoc testimonio superior ambiguitas aboleatur.

## ASCEN.

Ceratinæ q<sup>z</sup> sint: lego q<sup>z</sup> sint: & scribo sine diphthōgo: non em a cera sed a ceras deducitur. posset tamē legi: ceratinae quid sit.

Ceratinæ qua<sup>z</sup> sint apud Quintilianum.

Cap. LIV.

Eratinæ qua<sup>z</sup> sint apud Quintilianum libro primo: non temere qui tibi explicit inuenias. Qui autem grāca voluerint latinaq<sup>z</sup> commentaria: plane ītelligēti ratiocinationis īexplicabilis esse eam speciem: qua<sup>z</sup> nescio quas ansas atq<sup>z</sup> vncos arte dialecticæ perplexitatēs īferret: Sic arbitror appellatam a materia ipsa qua vterentur verborum: sicuti est apud Senecam libro epistolarum quinto ad Lucilium. Sederem inquit oculos: & eiusmodi quæstiunculas ponens: Quod non perdidisti habes: Cornua non perdidisti: cornua ergo habes: aliaq<sup>z</sup> ad exemplum huius acutæ delirationis concinnata. Sed de hoc itē in Atticis noctibus inuenias. Cerata autē grēce dici Cornua quis nesciat! Meminit huius etiam Lucian<sup>z</sup> in philosophorum Symposium: sicuti de Sorite atq<sup>z</sup> Therizōte. Sed & i dialogo itē mortuorū Castor<sup>z</sup> & Pollucis: ita ferme ingēs. Et cornua

T. iii.

Quinti. Ia.  
Ceratinæ.

Cerata.



# IV.IX. Miscellaneorum

inter se producunt: & Crocodilos faciunt: & eiusmodi perplexa docent interrogare: ut ex cornibus scilicet: hanc quam diximus Ceratinen ratiocinationem: nec ratiocinationem verius q̄ tendiculam accipias. Quinetiam in dialogo altero: cui vel somnium: vel Gallus est nomine. Et docens inquit duabus negationibus: vna confici asseuerationē, Noctemq; non esse: si dies sit. Interdū etiā cornua mihi esse dicebat: aliaq; id genus. Huiuscmodi autē dialecticis in percunctādo quæstiunculis: quales frequenter ingeniorū acumen excogitat: etiam Milesius Eubulides plurimū usus: sicut a Laertio Diogene in Euclidæ Megaren sis vita ponunt: ut latine conemur interpretari: Mentiens: fallens: electra conuelata: acerualis: & ceratine: vel cornea: & itē calua. Ex quo in hanc sententiā est apud Comicū nescio quem: ut idē prodit Laertius. Contumeliosius autē Eubulides Ceratinas interrogās, & mendacibus: gloriofisq; sermonibus oratores versans: abiit Demosthenis habens volubilitatem. Quem etiā locū Suida citauit. Sed & Zenon ille Cytieus inter cauilla cætera dialecticorum, Ceratinas itē & vridas numerabat. Sicuti idem in libro septimo de vitis philosophorū prodidit Laertius. Quin hoc ipsum postremo nobis insinuat Martianus Capella libro quarto cū inquit. Perdita nequa vng cornua fronte ferant.


**Capella.**

Qui sunt Crocodilite apud eundem.

**Cap. LV.**

**Quint. lo.**

**Crocodilites  
Crocodiline**



Pud Quintilianū eundē libro itē primo etiā de Crocodiline mentio fit: obscurō & ipso plerisq; ignotoq; vocabulo. Cæterū de hoc inuenimus apud Aphthoniū græcū enarratō Doxapatrē: quis apd eū Crocodilites potius q̄ Crocodiline: qđ & verius puto. Verba ipsius ita latine interpretamur. Serra inquit: & Crocodilites sicuti est in ægyptiaca fabula. Mulier quepiā cū filio secundū fluminis ripas ambulabat: ei Crocodilus filiū abstulit, redditurū dices: si verū mulier respōdet. Negauit illa fore ut redderetur: atq; ob id aqua aiebat reddi. Hactenus ille.

**Prion.  
Serra.**

Moxq; idē, Crocodiliten ingt hāc ppositionē vocat: Crocodili huius gratia, quā etiā πριῶνα idest Serrā vocari a græcis indicat. Adiuuat Lucian⁹ in dialogo cui titulus Vitarū vēditiōes: ita ferme Chrysippū loquentē inducēs: eiq; respondētē quēpiā: qui se p̄fiteat emporē. Considera igit̄ ita. Est ne tibi filius! Quorsum istud! Si forte illū iuxta fluuiū errabūdū Crocodilus inueniat: rapiatq; de in redditurū polliceat cū verū dixeris: vtrū redditus ei videat nec ne: Quid eū sentire dices! Rem sane perplexā interrogas. Ex his vt arbitror: liquet etiā Crocodiliten sicuti supra Ceratinen, sophismatos esse partū explicabilis speciē: quo dialectici veteres: potissimūq; stoici vterentur. Quod gen⁹ eleganter Quintilianus exquisitas ambiguities appellauit.

Cur gemino cornu Martialis dixerit in spectaculis: vbi de Rhinocerote, de q̄ tauris æthiopicis.

**Cap. LVI.**

**Marf. lo.**



Artialis epigrāma est in spectaculis: de Rhinocerote: cui⁹ extremi versus hi sūt:

Nanq; grauem cornu gemino sic extulit yrsus:

Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

**Tertullia:  
ni laus.**

**Rhinoceros**

**Tauri æthi  
opica.**

Domitius ita enarrat. Geminō inquit cornu fortī & vehemēti. Vergilius. Gemini dētalia dorso. Vel qm Rhinoceros habet duo cornua: ut apd Paulaniā solū legi: quorū alterū insigni magnitudine ex naribus extat: alterū supne erumpit: exi gutū: sed validissimū. Fatestane Domitius apud vnu se Pausaniā legisse Rhinocerotē duo habere cornua. Quid autē Pliniū: qd Solinū: quid alios credimus vnu Rhinoceroti cornu tribuētis dūtaxat: an videlicet ignorasse oīs: qđ solus animaduerterit Pausanias: Quid porro Septimio Florēti Tertulliano respōdebimus Christianorū oīm: quorū quidē latine opera extent: ut anti quissimo: sic ausim dicere in omni pene literatura diligētissimo: q libro aduersus Praxeā tertio verba illa enarrās de vetere instrumēto, Tauri decor eius. Cornua vnicornis: cornua eius: in eis nationes ventilabit ad summū vlḡ terræ. Non vtq; ingt Rhinoceros destinabat vnicornis: nec Minotaurus bicornis: & q̄ sequunt. Cæterū de eo Pausanias in Boeoticis meminīt: neq; autē oīno Rhinocerotas duo habere cornua: nam hoc manifesto refelli poterat: sed tauros dicit esse in æthiopia: qui rhinocerotes vocentur. οἱ σφίσιμοι ἐπὶ αὐραῖς τῷ ἔρι. Sic enim illius verba sunt. ἐπὶ ἐκάστῳ νέρας ἡτὶ ἀλλοῦ πόδῃ ἀυτῷ τῷ μέγατῷ δὲ τῆς κεφαλῆς τῷ ἀρχήμερατα ἔσιπ. Quoniā inquit illis in summa na re singulis vnicū cornu: tum aliud supra non magnū. Verū in capite: ne initio quidē cornua. Non igitur Pausanias aut insigni magnitudine alterū cornu: aut alterū ait esse validissimū. Quod ob id eminiscitur fortasse Domitius: ut his facilius yrsus extolleretur. Neq; autē de Rhinocerote ipso sentit Pausanias: sed vt diximus de æthiopicō taurō: q̄ similitudine quapiā & ipē Rhinoceros a q̄ busdā vocabatur. Quare nos ita putamus exponendum Martiale: ut yrsus videlicet a Rhinocero

# Lenturia Prima. Fo. CXLVIII.

Ex cornu illo unico elatus: eieclatūq; sentiat: graue gemino cornu: hoc est graue tauri futurum: cui sunt cornua gemina: ut cornu sit datiuī nō ablatiuī casus. Nā cū tauri pilas cornibus ad astra euē silent: extollere vrsū tamen nō poterant graue gemino cornu: proptereaq; eum mirabilius q̄libet uno cornu Rhinoceros extulit.

Quae sint apud Suetoniu Tetraones: correctūq; erratū Plinianis exēplaribus. Cap. LVII.

Tetraones.

 Tetraones in Caligula Suetonii: quæ sint aues: omnino ignorat. Verba ipsius hac Hostiae erat phoenix: pauones: tetraones numidicae: meleagrides: phasianæ: q̄ generatim per singulos dies immolarent. Ceterū iuentu res erat haud difficultis: nisi Plinianos inemēdatissimos haberemus codices. Nā qd apud illū legimus libro decimo historię naturalis: vbi de anseribus agit: Decet Erythrotetraonas suus nitor: absolutaq; nigritia. Hoc in illo vetustissimo Pliniano exemplari de Medicę gentis bibliotheca publica: pene legit emēdate: videlicet vna tantū cōmutata lītra: qualia multa in vetustis omnibus voluminibus interpolata vocabula. Nam cum ipsa quoq; mendosissima plerisq; sint locis: vestigia tamē adhuc seruat haud obscura veræ īdagādæ lectionis q̄ de nouis codicibus ab improbis librariis prorsus obliterateantur. In eo igif sic est. Decet et traonas: vt si ordinē duarū primarū literarū inter se commutes: Tetraonas dissūltet. Quare ita apud illum Politiā auctore legas. Decet tetraonas suus nitor: absolutaq; nigritia. In superciliis coccī rubor. Alterū eorū genus vulturū magnitudinē excedit. Quorum & colorē reddit: nec villa aut excepto Struthochamelo: maius corpore implens pōdus, intantū aucta: vt in terra quoq; immobilis prehendatur. Gignunt eas alpes: & septentrionalis regio. Hactenus ille de tetraonibus.

Plinius locus  
etiam  
volumen  
etiam  
etiam

Struthochamelo  
melus.

## ASCEN.

Exitit, exortus est, emersit, apparuit: monstrosa specie: sic & poeta: mōstrosiq; hoīm partus: Valla mōstrosum probat, prēter aliorū formādi legē. Valesius: nūc Valeri⁹: quo more parisiē: mulierculę & prof & p̄tra s̄epe pronunciant. Sazne quod hic frēquēter scribif Tarentus: putē scribendū Terentus, sicq; in alijs libris scriptū adnotauit: & origo quā Poli Cratus affert, approbat p̄ e scribendū: siue a terra siue a teendo deducat: vñ tñ facit vt Tarentū dīctū nō negē: q̄ audiō oraculo Valesius Tarentū vrbē petere cōstituit: s̄z potuit rusticus facile in sono a & e decipi: cū adhuc a gallis fere indifferēter pronuncient: vsque adeo vt multi ne data quidē oga discriminē inter quā & quē indicate valeat, nisi dicant illud p̄ a hoc p̄ e scribendum. Verū paulo post apud Martialē ter Tarētus legeſ. Cōcolorē. i. etiam atrā. Lectiōnē: lectos stratos: in quib⁹ deorū simulacra vt quidā volūt sternebanit: vt alij, opē petentes decubabāt. sicut & nūc ad sc̄tōiū sepulcra & reliquias decubantes videmus. Salutis ergo. i. causa. Porro sextos. s. ludos. qui. s. ludi iterfuere. i. distātes fūte: octogesimotertio anno: forte legas rectius octoginta tris annos. Sed mirū eundē bis saltasse tanto intersitio: cū non saltauerint pueri. Citra villa fastigia. i. apices accentuum notas.

Origo & ritus ludorū ſecularium: prētereaque ad id alia: citatumq; eo Sibyllē oraculum: mox & obiter explicata quedā: rursusq; alia refutata non īutiliter. Cap. LVIII.

Secularium  
ludorū ori-  
go.

Demonum  
prēstigia.

 Rit arbitror operapreciū colligere hic etiā ſeculariū ludorū originē: causamq; noīs: & itē quot annorum interiecto spatio: quotiesq; facti: quo ritu: quibusq; deis celebrati. Nam & res est ipsa per se cognitu nō indigna: cui studiū modo fit vllū vetustatis: & ad intelligendos poetarū locos nōnullos ingens attulerit adiumentum. Quū igif bellū inter se Romani Albaniq; gererēt: & vtraq; in procinctu iā staret acies: extitit repente quidam monstrosa specie: pelle amictus furua: vociferans iubere Dītē patrē: deamq; Proserpinam: fieri sacrū sibi priusq; praelū committeretur. Quo perterrefacti viso Romani: ptinus aram sub terra edificarunt: & statim sacrificio facto: pedum. XX. aggere contexerunt: vt effet omnib⁹ praterq; Romanis ipfis ignorabilis. Sed eī enī euēnit: vt Valesius Valesius: vnde nomen & origo Valeriacē familiacē: clarissimus in gente Sabina: & locuples homo, rusticæ vitæ: arā hanc quā dixim⁹: ita diuinitus inuenērit. Erat ei nem⁹ ante vīlam proceris maxime arboribus: quæ statim fulmina: icta: conflagrārunt. Nec multo post filii duo & filia correpti pestilentia: morbo: ad desperationem v̄sq; medicorum laborabant. Cum sese igitur laribus familiaribus aduoluens pater: pro liberorum salute: suum: matrisq; puerorum capita deuoueret: vox e nōmō: quod tactum de cōelo: statim audita: saluos fore eos spondens: si Tiberi ad Tarentum peruecti: calfactam Ditis & Proserpinæ foco de flūvio ipso biberent aquam. Quoniam vero longissime abesse Tarentum scilicet in extrema lapygia: nec proxime eam vrbem reperiri Tiberi vllum flūium sciebat: spem sibi deterrimam fingebat: etiam inde territus: q̄ inferatum potissimum vox illa potestatum meminisset. Sed impositos nihil secius in lintrē filios: Hostiam pergēs: mox ad Campi Martii regionem deuexit: ibi recreare fitientes: & æstu febrisq; laborantes desiderās qua placidissime amnis labitur: exponit in rīpa ægrotos: ac dum tumultuariam sibi tegeticulā cōcinnat: extincto igniculo: admoneat a gubernatore petendum potius Tarentum (nam ita locus in proximo vocabatur) etenim sumum sese illuc aspicere. Tum vero latior audito Tarenti nomine

Valesius  
Valesius.

Tarentus.

T. iiiij.